



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

53. Legatum vitiatur ratione incertitudinis & an possit dari executor  
incertus. disting. nume. 54.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

parari soleant executor testamentarius & tu-  
 tor : arg. eius, quod not. gloss. in l. antepe. ff. de  
 tutel. Et gloss. in l. si quis à filio §. si plures. ff.  
 de leg. 1. Item, quia procurator qui etiam com-  
 paratur huic executori, similiter incertus cō-  
 stitui non potest l. 2. quæ incipit, dummodo. ff.  
 53 de procur. † Et eodem modo legatum ratione  
 incertitudinis vitiatur : vt §. incertis. instit. de  
 leg. & mihi videtur rationabile : quia ista di-  
 spositio esset quodammodo captatoria. i. ad se-  
 cretum alienæ voluntatis : quam iura commu-  
 niter improbant : vt l. captatoria. ff. de leg. 1.  
 & l. captatorias. C. de testamen. militis. Salic.  
 tamen in d. l. id, quod pauperibus. C. de episc.  
 & cleri. tenet, quod imò valebit datio execu-  
 toris incerti : quia continet provisionem testa-  
 toris & eius, cui est dādum, & modicum onus  
 grauari ad exequendum : sed tutela continet  
 graue onus tutoris, & legatum continet graue  
 onus heredis, & procuratio domini. Item,  
 quia non potest euenire casus, quin sit vtilius  
 habere executores certificandum, quam nul-  
 lum : & sic cessant contraria. Sed ex mente  
 Saliceti prædicti super vltima. q. posset sic di-  
 ci, com.

ei concordando prædicta. † Aut testator fecit 54  
 Titium executorem suum cum potestate substi-  
 tuendi unum alium, & valebit ista constitu-  
 tio in persona Titij: quia non est omnino in-  
 certus: & in persona substituendi ab eodem,  
 qui esse non potest omnino incertus: vt c. qui  
 ad agendū. de proc. li. 6. nam talis videtur esse  
 à testatore constitutus bene facit. l. item eorum  
 §. si decuriones. ff. quod cuiusq; vniuersitatis  
 nomine l. instit. talis. ff. de condi. institu. l. cum  
 essent. §. i. ff. de serui. vrba. prædi. Aut testator  
 fecit Titium executorem vel commissarium,  
 cum hoc, quòd si non velit, vel non possit, quòd  
 possit eligere vel facere alium commissarium,  
 vel executorem: & tunc non valet, & repu-  
 tabitur omnino promissio incerta. Vel secundo po-  
 test sic dici, quòd aut dicta promissio est ad cau-  
 sas pias: & valebit: vt not. Inno. & Cano-  
 niste in c. cum tibi. de testa. & gloss. & Legi-  
 ste in d. l. captatorias. aut ad causas non pias:  
 & non valibit. vt dixi.

† Queri etiam posset an sit prohibitus su- 55  
 riosus, demens, vel mète captus, aut infans non  
 intelli-